

Y3504



L55



MCGILL  
UNIVERSITY  
LIBRARY

306759 1936

Pl. C2 -






Davis & Cerevi

Sept. 26


Morgan


Hair  
100 ft.  
100 ft.  
24











AD ILLVSTREM MAGNANI-  
MVMQ VE PRINCIPEM DO-  
MINVM FEDERICVM DE GON-  
ZAGA MARCHIONEM OMNI  
BONVS LEONICENVS DE VIN-  
CENTIA S.D.



Nhumanissime Princeps grā-  
maticæ libellus erudiendis li-  
beris tuis accommodatus quez  
a me tantopere petebas: Illu-  
strissimorum Principum Aui Patrisq  
tui uera progenies. Nam & ipi nihil an-  
tiquius habuerunt q̄ ut liberi sui his ar-  
tibus instruerent: quibus ingenia ma-  
gna ad excelsioris fortunæ cultum ex-  
citant. Quorū alter Victorinum Fel-  
trensem conduxit (quē Virū bone De-  
us) ætatis huius tā sanctitate uitæ q̄ do-  
ctrina præstantissimū: ut inclytis filiis  
genitori tuo ac fratribus litterarū ma-  
gister esset simul & uiuendi præceptor  
illum deinde imitatus. Genitor tuus op-  
timus me dignum duxit condiscipulū  
suum cui tantam indolem tradidet tuā

dico fratrūq; tuorū erudiendā . In quo  
mihi uirinam fortuna assuisset studium  
certe nō deerat. Tu nunc utriusq; exmu-  
lis id præcipue curas ut liberi tui bonis  
moribus & optimis disciplinis imbuan-  
tur Itaq; ut eorū eruditioni pro uiribus  
consulerem hunc libellū quem postula-  
bas quantum mihi per occupatōnes li-  
cuit breuiter & cōmode compilauī. quē  
si diutius desideraſtī q̄ & tu uolebas &  
ego opinabar: primum excusabis nego-  
tia mea: deinde ipsius libelli tarditatem  
utilitate pensabis.

#### DE LITTERA.

**L**itteraq; aliæ sunt uocales: aliæ  
consonantes. Vocales sunt  
q.nq.a.e.i.o.&.u.qbus iūctis  
fiūt diphthōgi. æ.œ.au.eu. Prefa d̄ his  
duæ tranſeūt in cōsonantiū potestatez  
i.&.u. quādo incipiūt dictionem in ea  
dem syllaba: ut Iuno uenus .I. uero cū  
reperitur in media dictōne simplici an  
tecedēte & subsequēte uocali p̄ dupli-  
quoq; accipit cōsonante: ut aīo maior.

fol. C2  
2  
Cōsonātiū aliæ sūt semiuocales: alie mutatæ. Semiuocales sunt quæ incipiētes ab e. desinunt in se: ut. f.l.m.n.r.s. præter x. quæ incipit a uocali. i. quia apud græcos desinit in eandem: ut xi. sed. f. melius muta probat: quia nihil semiuocalis habet præter uocem. Ex his quattuor sunt liquidæ. l. m. n. r. Liquide sūt ante quas cum mutis præcedentibus iunctas licet syllabam in eadē dictione produci uel corripi: ut latebræ repletus.

Mute sūt quæ incipientes a se desinūt ī. e.

Vt. b. c. d. g. k. h. p. q. t. Sed. h. nota est aspiratōnis. k. & q. magis supuacuas ēē uoluerunt: qd' nil a. c. differat. z. & y. utimur ī græcis nōibus: ut zacinthus ty rannus.

HAEC DE LITTERIS Q VAM BREVISSIME POTVI. NVNC DE GENERIBVS NOMINVM

Nam de syllabis ratio non multum difficultis. Et nos p Iunioribus tm necessaria scribimus.

DE NOMInibus in a desinentibus.

**I**Na igit̄ desinentia nōia uiroꝝ ut: Sylla. lugurtha:& fluuiorū: ut mulacha:& ad officia uirorū p̄tinentia : ut scriba & a gr̄ecis accepta:ut poeta : sophista : citharista. primæ declinatōis masculina sūt oīia. exceptis quattuor quæ apud gr̄eos ma sculina sūt: apud nos fœminina cartha: catapulta:cataracta:margarita. Si uero ad fœminas quoq; p̄tinēt:ut auriga uel a uerbis & ab aliis partibus oratōis fuerit cōposita cōia sunt:ut christicola:ru ricola : troiugena:hæredipeta: conuena trāffuga. Cœtera uero fœminina sunt excepto pasca pasca qd̄ neutrū est: sed barbarū & hebreū. Māna itē & noīa literarū.a.k.h.neutra sūt indeclinabilia. Nōia uero numeroꝝ: ut triginta:qd̄raginta:qnquegīta:cōia sūt triū generū & īdeclinabilia. Gr̄eca ī ma desinentia neutra sūt oīa & tertiae declinatōnis: ut babitisma tis:toreuma tis:stema tis:em blema tis.

**I**n.e.correptū neutra sūt:utm are:rete:

monile: sedile .s; cepe i singlari nūero  
i declinabile ē. i plurali uero generis fœ  
minini & prie declinatōis: ut cepæ aꝝ.  
numeroꝝ nōia sūt generis oīs i declina  
bilia. ut q nq̄ mile: s; mile i plrali decli  
natur. ut monile.

I n.e. pducta græca sūt & fœminia. ut cal  
liope: euterpe: cyrene: aragne: & græce  
declinat̄ calliopes euterpes: cyrenes ara  
gnes In.i. græca neuī sūt: ut gumi sy  
napi qd̄ iā latīe pnūtiaſ synapis fœnū  
latīa uel cōia sūt triū generū uel gtū uel  
dī figurate adiūcti ſib;: ut hu  
iūsmōi illiusmōi: nihili: frugi: mācipi:  
neumācipi officipdi: Pref nuēroꝝ nōia  
ſēp plralia: ut ducēti: trecēti qdrigēti: q  
declinat̄: ut ducēti te ta. ducētorꝝ aꝝ orū  
Vigīti uero i declinabile ē.

I n io desinētia uerbalia & icorporalia: ut  
lectō cōiūctio. uel i tudo: ut longitudo  
fortitudo. uel i do ut acredo: uel i go ut  
uirgo uligo mutātia. o. i. i. i. gtō fœminia  
sūt. exceptis cardo & ordo masculini ge  
neris. cætera oīa i. o. desinētia masculīa

sūt:ut leo nāso tr̄haso. ex̄ceptis latro &  
hō & bubo q̄ sūt duū geneꝝ:& caro qd̄  
ē fœminū:& ppriis fœminaꝝ: ut luno:  
dido. Margo uero neutri generis ē. Præ  
terea cupido quādo deū significat mas.  
generis ē. & duo & abo & octo sēp p̄ra  
lia generis oīs:s̄ p̄riā uariāt:hi duo hæ  
duæ hæc duo. horu᷑z duor̄ hæc duar̄ ho  
rū duor̄:his duob̄ duabus duob̄. Si᷑r  
& ambo. Octo uero īdeclinabile ē.

I n.u.desinentia neutra sūt om̄ia:ut cor-  
nu:genu:gelu:ueru.

#### DE TERMINANTIBVS IN Mutas.

**O**m̄ia finita ī q̄libz mutaꝝ neutra  
sūt:ut lac:alec:aliud:aliqd caput  
occiput:ſic̄ciput: Tam ī libet fini  
ta ex præcedētib̄ genera sortiūt:ut q̄s  
q̄libet. q̄ q̄libet. qd̄ qd̄liber q̄tusliber:ut  
libet & utrūlibet. In al & ī el neut sūt  
ut aīal:tribunal:mel.fel:subtel. Præter  
sal mas.ge. & ppria:ut hanibal michael  
In il tria masculā sūt:pugil: mugil:stri  
gil. duo cōia uigil:pugil:duo neutra nil  
nihil. Vnū fœmininū tanoql.

*fol. C2*  
In omni unū masculinū: Sol.

In ali quoque unū mas. ut consul duo cōia  
psul exul. unū neutrū sutul nomī oppidi

In az unū gene: oīs neq̄. ppria uō barba  
rasiū hæbrea masculia ut adā: abraā. ce  
tera cōpoīta a q̄s q̄ qd̄ genera ex præce  
dētibō sortiuſ: ut q̄spiā q̄piāz qd̄piā: qf  
nā quænā qd̄nā: qdā qdā quoddam.

In em gene: oīs: ut totidē septē nouē. & i  
im: ut undeci: duodeci. Præf tātūdē qd̄  
ē generis neutri & cim qd̄ ē nom̄ uici i  
declīabile. Cerubin & seraphin hæbrea  
fœminino genere p̄tulerunt.

In uz neuī sūt: ut præliū: tēplū: præſidiū:  
diuortiū. Præf cētū qd̄ ē gene. oīs. Dici  
mus tam̄ hoc cælū & hoc porru. & p̄ra  
le hi cæli & hi porri. hoc frenū hoc filū  
hi fili & hæc frena; hi fili & hæc fila secū  
dū quosdā. hoc epulū & hæc epulæ. hoc  
balneū & hæc balnea uel hæc balnea. sūt  
præta ppria mulieb̄ nōia: ut glycerium  
philorciū: dorciū: sophroniū: abrotomū

In am mas. sūt: ut: pean. titan: euan.

In en atecedēte. m. neuī sūt: ut carmē ag

men:omen:lumē. Præf flamen:nom̄ sa  
cerdotis. & siq̄ ppria: ut damen nis:q̄  
mas. gene. sūt. Quæ uero. m. nō habet  
ante. n. mas. sūt: ut lier:rien. ren : splen-  
pecten & a cano cōpoīta. Oscen:tubicē  
fidicē:tibicē: Præf inguen:nuguen glu-  
ten:q̄ neuē sūt & syren & troexen quæ  
fœminina sunt.

I n in mas. sunt: ut delphin:telchin.

I n yn græca sūt. ut phœrcyn ys pprium  
qd̄ etiā phorcys huius cys dicitur.

I n on itē mas. sūt & græca: ut caron:agō  
Ioson. Præf sidon qd̄ est fœmininum.

I n ar neutra sūt: ut puluinar:laq̄ar:colū-  
bar:calcar:far:Præf lar:nar:bostar:cæ-  
far.& oīa propria q̄ mas. sūt. Par cū su-  
is cōpositis oīs gene. impar disp cōpar:

I n er ſe decliatōis mas. sūt: ut faber:fiber  
coluber:ātoniaſter cancer ſocer:uafer:  
lucifer:ager:niger:aper:caniſter:olea-  
ſter:uter etiā & neuter.

I n er uō tertiae decliatōis tria gene.oīs:  
uber:degener:paup. Quattuō ſœ:maſ  
mulier:linf:acer p arbore. Neutra uō

fol. C2

sūt oīa fœtus fræ: ut cicer:piper:laſſer:  
Præf cucumer qd' ēt cucumis dicit. Fi-  
xa ēt idest substātia ī ber & uer ſmiata  
ut uber idest māma pecudis:tuber subē  
uer:cadauer:papauer. Præf īber cū ſuis  
cōpoītis mas. ut ſeptēber & reliq. Præfa  
neuī ſūt cācer p möbo:ruder itē:ſpiter  
Cēfa uōī er hui⁹ decliatōis.i.ftiæ mas.  
ſūt:ut aer ethē:ueſp cācer ansē paſſer:  
craf:uomer:qd' ēt uomis facit. Nā adie  
ctia q̄ ī er & ī is faciūt ntōs cōia ſūt:ut  
alacer:celer:celeber:ſaluber:uolucer &  
eiusmodi omnia.

I n ir mas. ſunt omnia:ut uir leuir:treuir:  
duuumuir:triūuir:: decēuir. Præter hir  
& abdir:gaddir neuī & martyr cōe.

I n yr græca ſunt:ut martyr cōis generis:  
quod etiam martys attice facit.

I n or unū gñis oīs & īdeclīabile:ut q̄ttuō  
Tria fœ.arbō:foro:uxō:Quattuō neu  
tra cor:adō:marmō æquō:Quattuō itē  
cōia īdecor:memō:īmemor: auctor:&  
oīa cōpatia:ut melior:maiō: minō defi  
or.peior uilior:& a colore compoīta:ut

discolor concolor : uersicolor . & a corpore : ut bicorpor : tricorpor cōmūia sūt  
Alia oīa mas. ut rubor : pudor : uictor :  
amor : algor : honor : senior : etiam & a  
puero composita publipor marcipor.

I n ur neuū sunt:ut ebur robur :iecur:fœ  
mur.sulphur gutt:fulgur. Præf furfur  
turt:uulf:saf:astur:q̄ mas.sūt. Excipiū  
tur ēt fur & ligur:qd̄ ēt ligus facit & au  
gur q̄ sūt cōia. In as tria mas.sūt:ut as  
assis:mas ris:uas dis. Tria itē neuū fas:  
nefas:uas sis. Vnū ōe:ut hic & hæc &  
hoc nugas.nā ppria sexo discernit uiro  
rū:ut lenas:Mæceās. Fœiarū:ut Pallas  
dis.Q d̄ i ōi fiatōe obsēuādū ē. Gētilia  
uō cōia sūt oīa:ut primas:optimas raue  
nas aq̄ nas:arcas. Nōia uō nuō græca  
fœ.sūt:ut monas:trias d̄cas: Troas quo  
q̄ græcū. Et patronymica oīa:ut pelias  
ſz q̄ mittūt gt̄m in tis & ipā græca mas.  
sūt: ut gigas elephas :adamas. Cætera  
i as fœ.sunt:ut pietas:maiestas æstas.  
I n bes fœ.sunt:ut nubes:palūbes: labes:  
Excipitur lebes tis masculinum: & he-

bes quod est omnis generis.

In ces fœminini generis: ut merces dis.

In des patronymica. mas. sunt: ut ænea  
des: priamides: titides: Cætera fœ. sūt:  
ut sedes: ædes: clades: cædes. excipitur  
pedes cōis generis.

In ges. r. añcedente masculina sunt: ut  
gurges: merges: nō añcedente. r. fœmi-  
nina sunt: ut strages: seges: teges.

In les añcedēte. o. fœ. sūt: ut ples: moles:  
soboles. Nō añcedēte. o. mas. ut poples  
ueles: Præf locuples generis oīs. Ales &  
miles cōis. Pales dea pabuli fœmi. est.

In mes masculina sunt. ut trames: fomes  
Excipitur fames fœmi. & comes cōe.

In gues masculini gene. magnes. Agnes  
uero mulieris proprium fœmininū est.

In pes q̄ crescūt ī gtō fixa. i. substantia  
mas. ut pes: sonipes: stipes: sexq̄ pes: im-  
pes polypes. Præter compes foemininū  
Non fixa uero generis omnis: bipes: q̄-  
drupes: loripes: æripes.

In pes quæ non crescunt ī genitiuo foe.  
sunt: ut apes: sepes: uulpes.

In spes mas. ē cespes fœ. spes oīs ge. hospes  
qd' hospita quoq; fœ. facit sospes expes.

In ques unū cōe eques: Vnū mas. uel fœ.  
torques. qui etiam torquis inuenitur.

In res unū masculinū uerres. Fœ. res &  
duo cōia hæres interpres. generis om̄is  
teres. Nam ceres proprium est.

In ses cōia: p̄ses: obses. oīs ge. reses deses

In tes uel stes uel thes mas. sūt & pleraq;  
græca: ut boetes; plastes; atistes agathes

Excipit uates cōe & supstes oīs generis

In ues generis omnis d̄iues.

In es. i. uel. u. uocali atecedēte fœ: sūt: ut  
abies: q̄es: lues: strues. Præf aries & pari  
es mas. & dies qd' in singulari numero  
masculinū uel fœ. ē. i. p̄lrali uō mas: tñ  
gñis ē. Notatur hic & hæc & hoc in q̄es

In es semper pluralia masculina sunt: ut  
manes: pceres: pœnates. Excipit fores  
fœmininū: & tres cōmuni generis.

In æs diphongum unum mas. præs dis  
unum neutrum æs æris:

In is adiectia cōia sūt: ut hostis fōtis ama  
bilis: nobilis: q̄s mas. ē cū suis cōpoitit.

1 n bis & cis fixa sūt & masculina: ut or-  
bis corbis: pubis fascis piscis.

I n dis fœ sūt ut charibdis fidis

I n guis mas: anguis unguis sanguis

I n lis fœ uallis pellis bilis lis glis sis Præf  
ædilis collis follis caulis glis ris q̄ mas  
sūt & cū his ānūari possūt mas. & fixa  
natalis ānalis: aprilis qntilis: sextilis:  
Præf uocalis cū de litterā dicit & noua-  
lis: quæ fœminia sunt.

I n mis mas: sūt: hic uermis: semīs: uomis  
& cucumis: q̄ duo ē ier desinūt. Cæfa  
fœ. sūt: ut pyramis chlamys birēis: chla-  
mis græcū ē qd̄ ē scripfa äguit sīc & py-  
ramis. Nā græca genus suū semp in sua  
terminatōe retinent.

I n nis mas. sūt: ut panis: funis: pref' canis  
qd̄: cōe ē. finis & clunis auctēs īcerta fa-  
ciūt: & bipēnis fœ. qd̄ aliquādo adiecti  
uum uide: ut ferro bipenni.

I n ys græca sūt oīa & genus suū seruāt.

I n pis fœmi. sunt: ut apis capis synapis:  
pupis: cuspis: iaspis: aspis. Excipit lapis  
mas. apd̄ Virgiliū legit. tricuspidē telo

In quis incerti generis torquis: ut supra  
diximus de terminantibus in ques.

In ris fœ. sūt: ut secuīs: turris: febris: præ  
ter torris mas. Notāt̄ etiam auricularis  
ānularis. molaris: pugillaris: subtelaris:  
q̄ iā: ut fixa mas. sūt gene. ppria: ut āte  
dictū ē sexus discernit: ut paris thibris.

In sis mas. sūt: ut ēlis: mēsis. & cōposita  
ab as assis: ut bissis: tressis. cæfa fœ. sūt  
ut classis: tuſſis messis: cassis qđ græcū  
esse genitiuus ostendit. cassidos enī fa  
cit græce & accusatiuum cassida.

In tis fœ. sūt: ut uitis: ratis: pestis: neptis.  
Excipiūt uectis: postis: fustis: q̄ mas. sūt

In uis fœminia. sūt: ut anis: clavis: ouis:  
peluis. Præf puluis qđ ē masculinum.

In xis fœmi. ut pixis. Excipit axis mas.

In is ātecedēte uocali fœmi. sūt: ut diplo  
is & hæmorois q̄ gtæca sunt: & patrony  
mica oīa q̄cunq̄ ātecedēte littera fœmi.  
sūt generis. ut theseis æneis priamis.

In os quattuor neutra sūt. os oris: os of  
sis. chaos melos: q̄ duo græca sūt. Quat  
tuor fœmi. cos dos: glos: arbos. Quiq̄

coia.bos:sacerdos:custos:cōpos:impos  
Cæta masculia sūt flos floris:mos moīs  
lepos leporis:nepos nepotis & tros tro-  
is qđ ē græcū:sicut heros herois.

In us tertie declinatōis si mutāt.u.n̄t̄ i e  
uel i.o.p obliquos caūs neuī sūt ut acus  
aceris:dec̄ decoris:ulcus ulceris:terḡ  
tergoris maiō maioris:minō miōris :fœ  
dus ris:sidus sideris.Excipit lepus lepo  
ris masculinū:& uetus ris generis oīs.

In us itē tertiae declinatōis:si nō mutat.u i  
gtō mōsȳlaba qđem neuī sūt:ut ius ris  
rus ruris:thus ris:crus ris.Praef̄ mus ris  
masculinū.grus gruis:sus suis cōia.Po  
lisyllaba uō fœina sūt:ut pec̄ dis incus  
dis:palus dis:salus tis uirtus tis & reliq̄.

In us uō secūdæ declinatōis uel qrte arbor̄  
qđē nōia fœina sūt:ut laurus:qrcus fīc̄  
fago.apd̄ Virgi.legit̄ rasile buxū.Græ  
ca mutatia os i us apd̄ nos seruat gen̄  
suū:ut polus masculim.synodus fœinū  
In bus masculia sūt:ut nīb̄ albus rubeus  
gibbus.præf̄ itubus & trib̄ fœminia.i  
tub̄ tam i p̄rali neutrū ē:ut hæc ituba

In cūs masculina: ut orchus lucus succus  
Excipit porticus acus specus fœminina  
Dicimus tam hic locus hi loci & hæc lo  
ca. hic iocus hi ioci & hæc ioca.

In dus masculīa sūt. ut mūdus ludus fun  
dus. præf synodus methodus & eiusmo  
di græca fœminini generis.

In fus masculīa sūt. ut rufus tofus. nām  
græca sui generis sūt: ut dixiūs masculi  
ni: ut sciphus fœminini: ut paphus: cō  
munis: ut philosophus:

In gus masculīa sūt: ut rogus pagus sag  
Præf dyphōgus græcū & ab eo cōposi  
tū diphtōgus: q̄ sūt fœminīa. pelegus āt  
& uulgo neutra sūt. diciūs tam etiā hic  
uulgas. argus quoq̄ nom̄ ciuitatis neu  
trū est & græcū hoc argos. dicitur tam  
in plurali hi argi argorū.

In lus masculīa sūt: ut palus lī. dolus tā  
lus tholus uallus menalus. Sibilus dicit  
tamen in plurali hæc Sibila & hæc me  
nala: Excipiunt̄ cristallus & colus fœ  
minina. phaselus appellatiuum: & pilus  
græcū ppriū nom̄ urbis: græca sunt fœ

minina: & philocalus qd' ē cōis generis  
In nūs masculīa: ut ramus: calamus: li-  
mus. pref humus: domus: dumus: hāre  
mus. Pergamus fœmininū. dicimus ta-  
men i plurali hæc pgama:

In nūs masculīa: ut canus: sinus: thronus  
qd' græce tr̄honos dicit. pref anus anus  
ui: manus nūs: quæ fœminīa sunt: & pe-  
nus mō fœminini: mō neutri generis.  
qd' etiā penu iuenitur.

In pus masculīa: ut lupus: lippus: cippus:  
crispus. Excipitur pus neutrū.

In quis masculīa sūt oīa. ut æquus ini-  
quiis equus antiquus.

In rus masculīa: ut herus: carus: torus:  
Pref uirus neutrū & nurus & socrus &  
tyrus qd' græcū ē fœminīa. dicimus ta-  
men hic tartarus & in plurali hæc tarta-  
ra. hic gargarus & hæc gargara. hic tæ-  
narus & hæc tænara.

In sus masculīa: ut ursus cursus mar-  
sus annosus curiosus blæsus. qd' græce  
blesos. Excipit carbasus fœmininū. Di-  
cimus tam i plurali numero hæc carba:

sa:nā abyssus græcū ē:sicut paradisus.

I n tus masculina:ut partus:lectus.ornatus. Excipit arbutus fœmininū. diciūs ram̄ i plurali hæc arbuta:neritus ppriū insulæ & costus appellatiū græca sunt & fœminini generis: sicut arctus quod significat ursam.

I n xus masculina sunt:ut luxus:sexus: apud Plautū inueniſ virile sexus.

I n aus duo fœminina laus:frans. Propria masculina sūt:ut Nicolaus:Hermolaus

I n eus masculina sūt:ut æreus:aureus.

I n ous masculina sūt omnia:ut eos pyrous.

I n ius diuisas syllabas masculina omnia ut fluuius:socius:iunius.

I n ius uero diuisas syllabas similiter masculina:ut grauis Caius.

I n uus diuisas syllabas masculina:ut mor tuus:tuus:suus:

I n uus non diuisas masculina similiter ut auus:cauus:fauus. Excipit aluus fœmininū:

I n.s. antecedēte cōsonāte: si sūt adiectiā

101. C2

cōia sūt duū generū uel triū: ut infans  
parēs: p̄inceps: municeps: sapiens: pru-  
dens: solers: uecors. Si substātiua sūt &  
monosyllaba fœminini sūt generis: ut  
trabs: urbs: glans: mēs: stirps: fors puls:  
Excipitur dens: mons fons: pons: q̄ ma-  
sculina sunt. nō monosyllaba masculi-  
ni sūt generis: ut triens: q̄drans: tridēs  
adeps: p̄räter hyems & cohors: q̄ fœmi-  
nina sunt.

- I n. x .monosyllaba fœminina: ut pax:  
falx: arx: lex: nix: nox: nux. Præf Rex  
& grex q̄ masculina sūt. dux cōe est: &  
ab eo cōposita r̄edux. sex & trux om̄nis  
generis.
- I n ax non monosyllaba si adiectiua oīs  
generis sūt: audax: pcax ptinax: si fixa  
fœminini: ut fornax: storax. Excipitur  
thorax masculinū quod ē græcū.
- I n ex adiectiā cōia sūt duū generū uel  
triū: ut aurifex: opifex: simplex duplex  
Sex uero indeclinabile est generis oīs.  
Substātiā uero masculina sūt: ut codex  
apex: iheruex: forex. Cortex uero icerti

generis auctores faciunt. Excipiunt̄ cā  
rex: latex: pellex: silex: ilex supplex: ui  
bex: ibex: quæ fœminina sūt.

I n ix si adiectiua sunt om̄is sūt generis  
Vt fœlix pernix. si substantiua fœmi  
nini: ut salix: filix: radix. fenix: cornix  
& uerbalia oīa: ut amatrix: cantrix: ui  
ctrix: nutrix: legimus tam uictricia sig  
Excipiuntur fornix: calix: uarix: bom  
bix: sandix: quæ masculina sūr.

I n ox generis om̄is sūt: ut uelox: pnox  
ferox. præter celox qd̄ ē fœminini.

I n ux masculina sunt & propria: ut pol  
lux uolux.

I n nx fœminina: ut phalanx: deunx:  
quincunx. Excipiūtur coniunx cōe:&  
linx quod incerti generis est.

HACTENVS DE GENERIBVS  
PERSTRINXI : DEINCEPS DE  
CASIBVS. ET PRIMVM DE GE  
NITIVO SINGVLARI: Q VI  
ALIOS FERME EIVSDEM NV  
MERI DEMONSTRAT.

*fol. C2*  
**I**Na igitur masculina uel fœminina uel cōia latina : siue græca addita e. faciunt genitiū: ut hic scriba. bæ. Hæc musa sæ. hic & hæc au rīga. gæ. Excipiūt una: ulla: nulla: sola: tota: alia: utra & ab eis cōposita: nt utra q̄ & alterutra: quæ omnia faciunt geniti uum in ius: sicut eoꝝ masculina & neu tra: ut unius: ullius: utrius: alius: Neutram neutri frequentius facit.

Apud antiquos. Altera: utra: gtō alteri us: utrius inuenitur. Et unus una unuꝝ Huius uni unæ uno. Huius ulli ullæ ul lo. Huius toti totæ toto. Huius soli solæ solo. & huius alii aliæ alio. Hæc terra hu ius terras. hæc moneta huius monetas. Et multa eiusmōi græce declīata. Vñ ad hoc paffamilias dicit & materfamilias.

**I**n. a. neutra græca oīa accepta tis faciūt gt̄m: ut poema tis. scema tis. Apud anti quissimos hæc scema huius scemæ. hæc diadema mæ. hoc emblemata tis & hoc emblematum emblemati.

**I**n. e. correptam latīa sūt neutra: q. e. i. is

co rreptā mutant:ut hoc mare ris & mo  
nile lis. Excipit hoc cepe qd' ī singulari  
indeclinabile.in p'lrali hæ cepæ aꝝ facit  
Apud antiquissimos haec cepa huius ce  
pae.& hic cepitius & hoc cepitium.

I n.e.pductam graeca sūt & foemī.& uel  
græce declinanf:ut haec libye huius li  
byes ul' latiē mutata .e ī.a.ut haec libya  
huius libyae.helena næ:

I n.i.latiā siue græca neutri ul' oīs gene.  
apotota sūt:ut hoc gumī.hoc sinapi:q̄  
uis haec sinapis quoq̄ dicitur. Piperi ēt  
hoc piper huius piperis .iueniēt hic &  
haec frugi:nihili: mancipi:nauci:istius  
mōi:illiusmōi & huiuscemōi īfpoīta ce

I n go ul'.do.latiā mutant.o.ī.i. & accipi  
unt nis:ut uirgo nis.dulcedo dinis car  
do dinis:Q uod īcerti generis auētōes  
faciūt.Homo ēt mutat.o.ut hō hōis.&  
ab eo cōpositū nemo nis.Turbo quoq̄  
binis.Apollo similit̄ nis.quis graecū sit  
Anio āt facit anienis.caro nis.Alia oīa  
ſuāt.o.ut leo nis:turbo onis:qñ ppriū  
ē.Graeca tñ græce aliquñ declinātur:ut

101. C2  
mānto huiꝝ toſ. Aliqñ latīe: ut Dido nis  
Apud antiquos anien anienis: haec cānis  
huius carnis. Et sciendū qđ qnꝝ in.o.  
desinentia faciūt ex ſe fœmininū in.a.  
ut leo: leena uel lea: draco dracena: leno  
laena caupo caupona: ſicut apud græcos  
lacon lacena: strabo straba:

I n.u. latina neuꝝ & aptota i singulari: ut  
genu: tonitru: cornu. Apud antiquissi  
mos hoc cornū huius corni. & hic cor  
nus huius cornus. & hic gellus: & hoc  
genus ſilꝫ pro genu.

I n.c. neutra duo. lac lactis: quod etiam  
hoc lacte proferebat. & hoc alec alecis.  
quod ēt fœmininū iuenit: & carēt p̄rali  
nūo. Nā lactes p̄rale uenit ab eo qđ ē  
haec lactis huius lactis ps intestinoꝝ.

I n.d. quoꝝ neuꝝ: Aliud & qđ & ex eo cō  
posita aliqd: ſi qđ. nequid: q̄ faciūt alius  
cuius alicuius gtm & alicui dtm ſecūdū  
quorūdā pnominū decliatōem. Bogud  
propriū bogudis iuenit & Bulbud oppi  
di nomen.

I n.t. hoc caput tis cū ſuis cōpositis ſinci

put: occiput. Git & nepet īdeclinabilia.

I n al latina & barbara masculina u<sup>l</sup> neu  
tra accipiūt is: hic sal salis: hanibal balis  
hoc tribunal lis: qd<sup>l</sup> penultimā pducit.  
sicut alia neutra.

I n el correptā accipiūt lis: ut mel mellis:  
sel fellis.

I n el pductā uel il barbara accipiūt is: Vt  
daniel lis:tanaql.is: Nil latinū īdeclina  
bile est.

I n ol aut ul latina cuiuscūq; gene. similit  
accipiūt is: ut sol lis:cōsul lis:hic & hæc  
exul exulis.

I n am unū generis omnis indeclinabile  
hic & hæc & hoc neq;.

I n im quoq; unū indeclinabile neutrum  
hoc cim nom̄ oppidi.

I n um latīa seu græca. Apud græcos in  
on neutra sūt oīa & mutat̄ um in.i. Vt  
hoc templū templi:peliū lii: Excipiunt̄  
ppria mulierū q; fœminīa sūt: ut dorciū  
glycerium.

I n an.in on mas.& fœminina uel græce  
declinat̄ accepta os. ut pāpanos: delphi

101. C2  
delphinos.memnon nonos:ul' latīe ac  
cepta is:ut delphin nis:memnon is:S<sub>3</sub>  
in in desinētia ēt ī is finiūf:ut delphin:  
ul' delphis nis:telchin ul' telchis nis.no  
tanf euan:euātis & quædā in on quæ af  
sumūt.t.more græco: Vt lacoon laco-  
ōtos lacoontis.demophoon demopho-  
ontos.phōtis:leon qd' pprium ē leontis  
Quædā abiiciūt.n.& latīe declinantur  
Vt leo nis:draco nis: Apd' latīnos ple-  
runq; a gtō græco in os fit ntūs ī us secū  
dæ decliatōis:ut titan hui<sup>o</sup> titanos,hic  
titanus huius titani. Delphin nos.del-  
phinus ni:elephas tos:elephātō ti:abax  
abacos:abaco ci.æthiops.pos:æthiopus  
pi.arabs bos: arabus bi. Ab aetō quoq;  
græco in.a.fit nōnunq; ntūs latinus fœ  
minini gene.primæ decliatōis:ut hunc  
panthera:hæc pâthera ræ:hūc crathera  
hec crafa ræ:hāc cassida hec cassida de.

In en correptā latīa mas.uel neutra mu-  
tata.e.ī.i.accipiūt nis:ut flamen nis car-  
men carminis.

In en pductam latīa & græca masculīa

& fœ. accipiūt is: ut lier nis: splen is: da  
men is. seben is. ppria syren nis.

In ar latia & græca & barbara mascu. uel  
neutri: uel oīs gene. accipiūt is: ut Cæfā  
ris. hoc nectar ris: hoc bostar ris: hic &  
hæc & hoc par ris: s̄z neuū deriuatā pro  
ducūt penultimā: ut lupanar ris a lupa:  
calcar ris a calce. nar quoq; naris pducit  
& far farris geminavit. r. Par & nar in  
ntō pducūt: s̄z nar i obliqs pductā hua  
uit. Par uero non sicut & lar.

In er correptā fæ decliatōnis: q̄ a græcis  
ueniūt cōuersa ros i er mutat er i ri: ut  
Alexädros alexäder dri: Euädros euan  
der dri: Ex qbus qdā iueniūt i utraq; tē  
minatōe: ut euädrus & euäder: teucrus  
& teucer. Quædā i altera tm̄: ut hydrus  
scombrus.

Io er quoq; latia: q̄ faciūt fœnū i.a. er in  
ri mutat: ut ater atri: qa facit atra: niger  
gri: qa nigra: culter tn̄ cultri facit: & cā  
cer cri p aīalī & aper apri: liber bri: colu  
ber bri: fabē bri: S̄z ex his libra & fibra  
fōmāt. lic̄ i diuēsa significatōe. Excipi

unf adulteri: dexteri no solū dextri:  
Et ī ser: sper:ner desinētia: ut mis.ri: p  
sper:ri:tener eri:& a gero ul fero cōpo  
sita: ut corniger ri:lucifer ri. & præteſa  
puer ri:gener neri:socer ri.acer eri uel  
aceris: hiber beri uel hiberis p populo.  
Nā hiberus ri magis p fluuiο dici uideſ  
Propria ſecunf appellatiuor decliatōeſ  
ut capē ppriū & appellatiuū capri. Apē  
quoq ppriū & appellatiuū apri. Aſp p-  
priū & appellatiuūasperi. Nā aspri per  
ſincopā pferſ. Alf & uter pnominū de  
cliatōem ſecunf: ut ſupra diſtū eſt: alte  
rius: utrius: ſic illius iſtius.

Apd antiquos inuenit aper apra: coluber  
colubra. pſperus.ri. pſpera: puer & pue  
rus puera: unde puellus & puella & hic  
& hæc puer:& ſocer & hic & hæc ſocrus

In ſter quoq ſæ decliatōis er ī ri mutarit  
Vt auster stri:apiaster stri. oleaster stri  
Excipit ſequeſter qd frequēter tertæ d  
cliatōis inuenit: ut ſequeſter huius ſtris  
quis fœnū facit ſequeſtra.

In er uero tertiae declinatōis correptam

cuiuscumque genere accipiuntur. iste ut cācer ceris  
pro morbo mulier eris: mulcibē beris:  
vel mulcibris rōabilius: si ab imbre ueit  
celer eris: cadauer ueris: degener neris.  
Excipiunt ī ber & cer cōia uel facientia  
fœmininū in istis: ut celeber huius celebris  
saluber huius bris: acer huius acriis: ala-  
cer huius cris: imber quoque imbris cū su-  
is cōpositis: ut septēber: october: nouē-  
ber december.

Apud antiquos hic & haec acer: & hic &  
haec acriis: hic & hec alacer: & hic & haec  
alacris: hic & haec septembris: octobris:  
nouēbris decembris.

In ter quoque desinentia erit ris mutat: Ut  
pater patris: equester stris: Excipit latē  
lateris. Iuppit̄ Louis. iter itineris. Apud  
antiquos hoc iter iteris: & hoc itineri iti-  
neris. accipiter huius accipiteris & acci-  
pitris: opiter opiteris & opitris. maspite-  
teris & tris.: Dies piter teris & tris: sic et  
Iuppiter teris uel tris. declinari debuit:  
Nā iuenitur et hic Louis huius Louis.

In ter pductā græca sūt oīa & accipiuntur. iste

ut aer aeris: æther ris: clyster is penultima pducta: sicut oia quæ apud græcos  
suat. n. i obliqs. cratyr crathros cratris  
In ir masculia accipiunt. i. ut uir uiri: leuir  
leuiri. Excipit gaddir ris neutrū qd' q-  
dā fœnū ēē uolūt. ir quoq; iris neutrūm  
Et abbadir īdecliabile: & mātyr mar-  
tyris græcū.

In or latia mas. ul' fœina aut coia pducta  
.o. accipiunt is: ut oratō ris: saluator ris:  
uxor ris: auctor ris: algor is. Notat hæc  
.o. cōripiētia: hic & hæc memō ris a me  
moro uerbo: indecor oris: a decus oris.  
bicorpor oris. & tricorpor oris a corpo-  
re: arbor ris a robore: publiper poris &  
marcipor poris a puero.

Apud antiquos hic algus huic algus: hic &  
hæc memois huic ris: qd' solū cōpatiuū  
facit memorior: hic & hæc decor ris pe-  
nultima correpta p decorus. ra. rum.

In or uō neuū latia græca quoq; mas. oia  
correpta. o. accipiunt is: ut hoc marmor  
oris: æquor ris: hectō ris. auctor oris. pro-  
pria. excipit ador cuius deriuatiū pdu

cit.o.ut adoreus.rea.reū.fortasse q̄a ue  
nit ab adoro as.īueīt īdifferēt ador oris  
penultima modo correpta :modo pdu-  
cta.Cor uero cordis assumit.d.

I n ur cuiuscūq̄ sūt ge. accipiūt is:ut hic  
uul̄ ris:hic turf̄ ris:hoc sulfur is:hic &  
hæc fur ris;Excipit sat̄ huius saturi.q̄a  
fœinū facit ī a.Excipiūt hæc ēt hñtia p  
.u.o.cōreptā robur oris:ebur ris:iecur  
oris ul̄ iecinoris:femur oris.Dicit tam  
& hoc fœmen fœminis.

I n as latīa mas:ul̄ fœina ul̄ cōia ablata.s.  
acciunt tis.ut Mecenas tis:civitas tis:  
Arpinas tis.Excipiunt monosyllaba as  
assis:uas sis:qd̄ ī pl̄rali fæ decliatōis ē:  
ut hæc uasa rū:uas dis:mas ris:fas & ne  
fas:hic & hæc & hoc nugas nideclina-  
bilia.

I n as uō græca si faciūt gtm̄ græcū in.u  
priæ sūt decliatōis:ut lysias lisiu:lysias  
siæ:amynatas amyntu:amynatas tæ.̄q̄ tñ  
latini freqn̄ pferūt ī a:ut lysia:biria:ge  
ta:marsia:Sz̄ si faciūt ī os gtm̄ tertie sūt  
decliatōis:ut hic calchas calchātos cal-

chatis : Pallas pallados ladis: & q̄ habet  
.n.&:t.ī gtō:vtm ī an t̄minat: ut o pal  
lan: Inuenit tñ ēt ī.a.o palla. Apd̄ anti  
quos hic calchas huius calchæ pfertur.

In es correptā latia mas. uſ ſociua uſ cōia  
mutata.e.in.i.& ablata.s. assumunt tis  
ut merges gitis:ſospes pitis: miles litis.  
Excipiūt hñtia.æ.diphthongū ī penul-  
timā:ut præpes petis:& a uerbis deriuua  
ta hñtibz.e.breuē ī penultima: ut teres  
tis:hebes tis ab hebeo:īdiges tis ab indi  
geo:impes īpetis ab īpetto:īterpres etis  
ab īterpreteror:& hñtia.i:añ.es:ut paries  
etis:hic & hæc īqes etis:q̄ oīa ſuāt.e.in  
genitiuo:sicut ēt fœmina:ut ſeges etis:  
teges tis:A pede uero & a ſedeo compo-  
ſita faciūt gtm ī dis:ſed.a pede ſeruant  
.e.ut bipes pedis.A ſedeo mutant in.i.  
ut obſes fidis:præſes idis : Excipit apes  
huius apis.inuenitur etiā hæc apis.un  
de apicula diminutium:sicut a fidis fi-  
dicula.A pede composita plerūq̄ pro-  
ducunt es.

In es pductā latia.i.añcedēte ablata.s.af

sumūt.i.ut dies diei:acies ei.Excipit q-  
es etis:& ab eo cōpositū triū gnūm īqes  
etis.Alia oīa.e.ī.i.mutāt: ut uerres ris:  
cædes dis.Excipit pes dis:merces dis:ce  
res reris:hæres edis:locuples etis Notāt  
ēt fides dei:res rei:spes spei:plebes bei:  
Apud antiquos qes qei:& hic & hæc &  
hoc qes qetis:& hæc reqes reqetis:nō  
solū requei:& fames famei.vñ abltūs fa  
me pduct ultimā.

I n es uō græca pductā faciētia gtm græ-  
cū ī os uel eos & us mutant.o. ul eo ul.  
.u.ī.i.ut chremes chremotos metis:Pa  
lamedes palamedeos palamedis :etheo  
cles etheocleus etheoclis. Inuenit tñ  
hic chremes hui⁹ chremis: sic oīa faciē  
tia gtm ī tos:ut laches lachetos lachetis  
ul lachis.Rhamnes rhamnetos rhane-  
tis uel rhamnis:q̄ ēt apud græcos uarie  
delināt:ut dares huius daretos & dares  
huius darii. Vnde etia⁹ apud nos dares  
huius daretis:& dares huius daræ.hinc  
accusatiuus duplex inuenitur dareta:  
& daren.Nā i es:sicut ī as faciētia gtm

græcū ī. u. prix sūt decliatōnis; ut acha  
tes acha tu. achates hui⁹ achatæ:āchises  
āchisu āchises hui⁹ sæ: qdā tñ eiusmōi  
ēt tertiae decliatōis inueniūtur: ut oron  
tes hui⁹ orontæ & orōtis; herodes hui⁹  
herodæ uel herodis: timachides huius  
timachidæ uel timachidis:tigranes hu-  
ius tigrane.ul' tigranis.

Apd' antiquos hoꝝ dtūs pro gtō plerūq  
pfer̄:ut oronti tucydidi: euripidi: pro  
orontis:tucydidis: euripidis. & p abltō  
achate:euphrate ab achate:ab euphra-  
te:sicut a penelope & ab aragne.Nā in  
his.e.pducif.sicut.¶.i dtō græco.

I n is pductā cuiuscūq sīt generis latina  
ablata.s.accipiunt tis:ut lis litis . hic &  
hæc dis ditis:qd̄ in p̄lrali facit hi & hæ  
dites & hæc ditia:samnis tis:cuius neu-  
trū hoc samnite inuenīt.Excipitur glis  
gliris:vis hui⁹ uis:uomis & cucumis &  
similia regulā seruat termiatoꝝ ī er:ut  
uomis uel uomere eris.

Apd' antiquos inuenīt actūs has uis.Ntūs  
hæc pubis & pubē eris & hoc impube &

eiūs compositūz . hic & hæc īmpubis &  
īmpuberis.

In is uero correptā latīa similē habēt ntō  
gtm: ut collis huius collis: Excipit lapis  
huius dis: sanguis huius nis: pollis linis  
cuspis dis. semis semissis: cassis dis qd'  
ēt hæc cassida dæ declinatur: ut añ dictū  
est: A sanguine cōposita nō seruāt sipli-  
cis declinatōem: ut exanguis huius exā-  
guis: A cuspide seruāt: ut tricuspis dis.  
Capis ēt capidis facit cuius diminutiū  
capidula: sed græcū ē sicut cassis.

Apud antiq̄ ssimos sanguen nis & polleni-  
nis. & hic lapis huius lapis.

In is græca si ī gtō græco cōsonatē habēt  
ante os. ut simois qd' ēt simoeis dicit si  
meontos. o. ī. i. mutat simoētis. adonis  
dos adonidis: thetis dos thetidis. Si con-  
sonatē nō habēt gtōs similis est ntō: ut  
neapolis neapolios huius neapolis.

Apud antīquos thetis thetios. huius thetis.  
eiūs uocatiuus. o. theti. sicut themis hu-  
ius themis. o. themi.

In os latina si mas. sūt ablata. s. accipiūt

ris: ut lepos ris: flos ris. Excipitur nepos  
tis: si mas. nō sūt accipiunt tis: ut hic &  
hæc sacerdos otis: cōpos otis: Excipitur  
hic & hæc bos uis: hæc glos ris: os corre  
pta ossis: os pducta oris: custos dis: qd'  
a custodio uenit.

Apd' antiquos hic & hæc nepos iuenit: hoc  
ossū ossi: & hoc ossu huius ossu.

In os græca os gtī græci ī is cōuertūt: ut  
chryseros hui⁹ chryserotos rotis: heros  
heroos heroois: Minos minoos minois

Apd' antiquos iuenit minos minonis: sed  
magis ē a ntō minon. Nā & græci p hæ  
ros herō heronos: dicūt ēt athos p athō  
athonos iuenit: androgeos uō p andro  
geus cuius gtūs androgro atticum est.

In us correptā masculīa. s. ul. t: ul. x. añ  
cedētibus latīa si sint īcōporalia ul eius  
dem nōis cū īcorporalib⁹ quartæ sūt de  
cliatōis. ut uisus hui⁹ sus: situs hui⁹ tus  
lux⁹ hui⁹ xus: part⁹ hui⁹ tus eiusdē quo  
q̄ nōis ut: maḡratus hui⁹ tus. i. digni  
tas & q̄ ī dignitate ē: ut cōsulat⁹ & cōsul.  
saltus hui⁹ tus. i. saltatio & sylua p quā

saltatur a feris. Exercitus huius tuus. id est  
exercitatio & multitudo quae exercet. uer-  
sus huius uersus. i. uersio & carmen. Fa-  
stus uero si est a fastidio uerbo quartæ  
declinatōis ē. Nā fastus p annali secūdæ  
quis ēt quartæ iuenitur: sed raro.

In cōtus quoq uel stus etiā corporalia ma-  
sculina sūt quartæ declinatōis: ut fluctu-  
ructus: uictus: quæstus haustus: nisi sit  
ppria: ut Augustus: Sāctus: uel mobilia  
ut uictus cta cōtū: haustus sta stū. musto-  
sta stūz p nouus. ua. um. Excipiēt lectus  
cti quādō significat stratum: Alia oīa se-  
cūdæ sūt declinatōis: ut Virgilius lli: nu-  
merus. ri. uentus tū: cibus bi. Notāt ar-  
cus. artus: acus uultus: specus: lacus quā-  
tæ declinatōis. Et cū his portus: sinus: cū  
rus: gradus. Intercus uero simplicis ser-  
uat declinationē itercutis.

Apud antiquos ornati pro önatus. tumul-  
ti pro tumultus: fructi p fructus: & mī-  
ta eiusmōi inueniūf. Præfa hic lecto hu-  
ius. cōtus. hic cibus huius cibus. hæc arcus  
fœ. gñis huius arcus. & p iride hic arcus

huius ci. Arcus quoq; tā masculinū q̄  
fœmininū iuenit cuius diminutuum a  
masculino est aculeus: hic artus & hoc  
artu. Specus ēt aliqñ fœ. generis & neu-  
tri. hoc specū ci. p̄rale hæc specia aꝝ: pe-  
nus siꝝr masculinū fœ. & neutrꝝ: s̄z mas.  
& fœ. quartæ declinatōnis: ut hic & hæc  
penus huius penus: Neutrūz uō tertiae:  
ut hoc penus oris. iuenit ēt hoc penum-  
ni: Ficus quoq; uiciū corporis quartæ d'  
clinatōnis proferē. Angiportus a portu  
cōpositū. hic angiportus huius angipō-  
tus: & hoc āgiportū ti. Siꝝr hic sinus ni  
& hoc sinuū ni. p̄ uase priā p̄ducta. hic  
sibilus huius sibilus. uadus huius uadus  
uulcus huius uulcus.

I n us uero correptā fœminina si sint ar-  
borū nomina secundæ declinatōis sūt  
ut ornus orni: fagus gi: Excipiunt quer-  
cus: laurus: pinus: cornus: fucus: q̄ tā se-  
cunde q̄ quartæ iuenitur.

I n us correptā fœminina si non sunt ar-  
borum nōia quartæ sūt declinatōnis. ut  
hæc nurus huius nurus: hæc tribus huius

bus: hæc manus huius nus cū suo cōpo  
sito centimanus: hæc anus huius anus:  
Excipitur alius alui: humus humi: do-  
mus mi & domus: Colus li & colus: Ve-  
nus ueneris: iūs icudis media pducta:  
pecus pecudis.

Apd' antiquos inuenitur hæc anus huius  
anuis: & hic alius alui. hoc humum mi-  
hoc pecu huius pecu. Vnde p̄rale hæc  
pecua. hæc intercus tis quod simplicis:  
seqtur declinatōem: ut diximus: & hic  
& hæc & hoc intercus.

In us correptam neutra si habuerit uer-  
bain ero per eris faciūt gtūm: ut pōdus  
deris. pondero ras. ulcus ris. ulcero ras:  
holus ris: holero ras. latus ris: latero ras  
Fœnus tam oris: & pignus oris facit. li-  
cet ab eis sint fœneror & pignero: Sed  
si non habuerit uerba gtñ p̄ oris faci-  
unt penultia correpta: ut littus littoris.  
Tempus oris: nisi sint cōpatiua: q̄ pdu-  
cūt. o. ut maius oris: minus oris. Excipi-  
tur hoc uirus uiri. uulgas uulgi quod  
tam neutri q̄ masculini est. Et hoc

pus indeclinabile.

Apud antiquos inuenit hoc pignus gne-  
ris: & hoc fœnus neris p.e. sicut sūt eo-  
rū quoq̄ uerba.

In us coreptā cōia uel oīs ge. tertiae sūt  
declinatōis: uetus ris: ligus ul' ligur ris.

In us correptam græca q̄ apd' græcos in  
os desinūt cuiuscūq̄ sint generis mutā-  
tia. o.in.u.secūdæ sūt declinatōis: ut cy-  
ros. hic cyrus ri:synodus: hæc synodus  
synodi. Pelagos: hoc pelagus gi:chaos:  
hic chaus chai. philophos : hic & hæc  
philosophus phī:

In us productā latina monosyllaba cuius-  
cūq̄ generis tertiae sūt declinatōis: ut  
ut hic mus ris:qd' a græcis accepimus.  
hoc plus pluris: thus ris:rus ris. hic &  
hæc grus gruis. & hic & hæc sus is absq̄  
.r. & sus qd' a græcis est.

In us pductā latiā supra syllabam f̄xmi.  
similiter sūt tertiae declinatōis & ablata  
.s. assūmūt tis: ut salus tis: uirtus tis. Ex  
cipiunt tellus ris: pallus dis:qd' etiā cor-  
ripitur in ntō.

In us productā græca masculina: si apud  
græcos gtm̄ faciūt ī os tertiae sūt declia-  
tionis: ut oedipus oedipodos oedipodis.  
Melampus dos melāpodis. Si uō faciāt  
apud eos gtm̄ in. u. & sūt decliatōis: Ut  
panthus panthu. Hic panthus pānhi.  
& eius uocatiuus græcus o panthu.

In ys græca sūt tñmodo & mutant yos  
gti in is: ut phorcys phorcyos phorcis  
Erinys erinyos erinis. Chlamis uō chla-  
midos chlamidis. aphiibrachys yos am-  
phiibrachis.

In æs dipgthōgū duo iueniunt. hic præs  
prædis. hoc æs æris.

In aus fœminina sunt & ablata. s. accipi-  
unt dis. laus laudis. fraudis.

In eus græca sūt & us in: i. mutant: ut ty-  
deus dei. Latini in qbusdā mutant eus ī  
es productā: ut achilleus achilles.. Per-  
seus perses. Quod etiā Dores faciunt.  
Vñ & utūs in. e. longā iuenit: ut o achil-  
le. o perse. o ulixe. Nā ulixei gtūs est. ab  
ulixeus ntō: sicut achillea actūs est ab  
ntō achilleus. Græci tam e diuerso pes

fol. C2  
eus aliquādo pferūt: ut p geryones ge-  
ryoneus. pro antipates antipatheus : &  
pro ares areus.

I n. x. si a uerbis sint ī go desinentibꝝ ab  
lata x assumūt gis: ut grego grex gis: re  
go: Rex regis: lego lex gis. cōiungo cō-  
iunx cōiugis absq. n. & a uerbo græco:  
phrygo frux gis. Nam illos in hoc q̄i se  
quimur.

A pud antiquos hic & hæc & hoc frux īue  
niſ: p hic & hæc & hoc frugi.

I n. x. uero si a uerbis non sint in go desi-  
nentibus ablata .x. assumunt cis: ut fal-  
lax cis: lux cis: nex cis & penultima pro-  
ducūt. Oia in. x. per obliquos casus na-  
tura ul' positōne. Excipiunt q̄ mutat. e.  
int. i. correptā: ut apex picis: uertex ticas  
remex gis: & q̄ ī. x. desinūt masculia la-  
tina: ut fornix cis: uarix cis. & barbara:  
ut uolux is: pharnax cis: & pterea grex  
gis crux cis fax cis: nux nucis: pix picis:  
dux cis: trux cis: coniūx gis: salix cis: &  
q̄ nec. g. nec. c. hñt ante. x. ut nix niuis  
supellex tiliſ. senex nis. nox quoq̄ no-

facit s̄m gr̄acos q nyx nyctos declinat  
Nā gr̄aca suāt cōsonātē suā:ut ph̄eas  
ph̄eacos.ph̄eas ph̄eacis:onyx onycos:  
onyx cis:Cōpoīta s̄ipliciū declinatōnē  
sequunt:ut pnox pnoctis:exlex exlegis

A pud antiquos hæc nix ninguis: hæc su  
pellectilis huius supellectilis: hic senex  
huius senicis.

I n.bs.ms.ps.interpoīta.i.faciūt gt̄m:ut  
urbs urbis:hyems hyemis:inops inopis  
S̄z si e hēant añ.ps.uel.bs.& nō sint mo  
nosyllaba mutat.e.i.i.ut pr̄iceps pis:ce  
lebs b̄is. A capite uō cōposita ablata's.  
& mutata.e.i.i.accipiūt tis:ut āceps an  
cipitis:biceps bicipitis.

A pd̄ antiquos ancipes pitis:& ancipis:Bi  
ceps bicipitis & bicipis.& pr̄incipes pr̄  
cipitis & pr̄incipis.

I n.ns.ls.rs.ablata.s.accipiūt tis:ut mōs  
tis:puls tis:pars tis. Excipit frōs dis:fo  
liū & lens dis aīal:glās dis:libripens dis  
Et a corde cōposita uercors dis: cōcors  
concordis.

A pud antiquos inuenitur hæc concordis

huius cōcordis: hæc discordis huius dis  
DE DATIVO ET ALIIS CASIBVS

Primæ declinationis.

**D**RIMÆ DECLIATŌNIS DTŪS SIMILIT  
& GTŪS Ī.Æ. DIPHTHONGŪ DESINIT  
VT HUIUS MUSÆ HUIC MUSÆ: NI  
SI DIÆRESIS FIAT: VT PICTAI: AULAI  
MILITIAI: PRO PICTÆ: AULÆ: MILITIÆ.

ACCUSATIUUS Ī AM DESINIT: UT HĀC MUSAM.

ET IN AN SI SIT A GRÆCO IN AS. ET Ī EN SI SIT  
A GRÆCO IN ES: UT HŪC XENEĀ HŪC ANCHISEZ  
A FEMININIS QUOQꝫ GRÆCIS Ī. A. DESINEN-  
TIBUS POETÆ PFERŪT AĒTM GRÆCŪ Ī AN: VT  
ÆGINAN: SED RARO.

VOCATIUUS Ī. A. CORREPTĀ: UT O POETA: NISI  
GRÆCE PRODUCAF: UT O XNEA. ALIQꝫ ETIĀ A  
NTŌ Ī ES GRÆCO. Ī. E. LONGĀ DESINIT GRÆCE:  
UT ACHATES O ACHATE NON SOLŪ PRIMÆ SED  
ETIĀ TERTIÆ DECLIATŌIS: UT ACHILLES O ACHIL  
LE. CHREMES O CHREME: & A NTŌ GRÆCO Ī  
. A. QUOQꝫ UEL. E: PDUCTAS VTŪS SIMILITER P  
FERF A POETIS NONNUNQꝫ: UT O CALIOPE. O.  
NMEA.

A BLTŪS Ī. A. PRODUCTĀ: NISI SIT A GRÆCIS TER-

minatibus dtūm in. ut achat<sup>h</sup> penelo  
py. tūc enī i.e. lōgā desinit: ut achate p  
achata: penelope pro penelopa: q̄i dtus  
græcus p abltō latino ponat. Calpe tñ  
Iuuenalis cōripuit dicēs: Sed lōge calpe  
relicta:

Nominatiuus & vtūs pl̄rales similes sūt  
gtō & dtō singulari.

Genitiuus fit addita rū. abltō singlari: ut  
a musa aꝝ: n̄isī sicopa fiat: & maxie ī cō  
positis p̄onymicis: ut graiugenū p̄ gra  
iugenaꝝ: & tyndaridū p̄ tyndaridarum

Dtūs & abltūs mutat extremā.a.abltī ī is  
ut a poetis musis. Excipiūt pauca q̄ trās  
figurātur ex masculis nō hñtibꝫ neut̄:  
ut a natus: nata natabꝫ: A libertus: liber  
ta libertabꝫ: & reliq̄ eiusmōi: & tñ ēt ī is:  
iueniūt: ut filiis p̄ filiabus: ambæ præte  
rea: & duæ ambabus & duabus.

A pud antiquos inuenit eabus.

Accusatiuus quoq̄ fit addita. s. abltō: ut a  
musa: has musas.

DE DATIVO ET ALIIS CASIBVS  
Secundæ declinatōis.

**S**ecundæ declinatōis dtūs & ab latiūs singlāris fit a gtō mutata.i.in:o.ut uiri uiro:teneri tenero:mnestei mnesteo. Orpheus orphei:sed in eiusmodi nōibus: q̄ in eus desinūt:ut orpheus dtō græco: uti solēt poetæ:ut orphei p̄ orpheo.

Accusatīus quoq̄ a gtō fit mutata.i.ī uz ut priami priamū:tydei tydeū: s̄ ī his q̄ ī eus termināt actō plerūq̄ græco utuntur:ut tydea:illionea.

Vtūs a ntō in.r.uel.m. desinente similis est ei:ut lucifer o lucifer:templū o templum. Nam tymbre nō est a nominatiō tymbre:sed tymbrus: sicut puere apud antiquos a puerus. Sed a ntō in eus græ cus seruatur vtūs o tydei o capaney.pro pria a ntō in ius abiiciunt us:ut Virgilius o uirgili:laurentius o laurenti.

A pud antiquos iuenitur :o Mercurie.o. Virgilie & similia. Alia omnia conuentus in.e. ut myrtus o myrtle:cinthius o cinthie. Excepto uno filius qd' uocatiūnū tā ī.i:facit q̄ in.e. ut o fili o filie:

Ntūs tñ aliquñ p vtō poīt: ut o fūnius o po  
pulus.

Nominatiuus & vtūs pluralis similis ē ge  
nitino singlari in masculinis & feminini  
nis: ut hic doctus huius docti hi & o do  
cti: hæc platanus huius platani: hæ & o  
platani. Notaf dii pro dei: sicut in dtō &  
ablōtō diis pro deis: q per syneresim ei i  
i. longā facta uidentur.

Antiqui enī. i. pductā per geminū. ii. scri  
bebant: unde nūc etiā dii & diis mono  
syllaba sūt. In neutrīs uero mutat. i. ḡtī  
i. a. ut templi: hæc & o templā.

Genitiuus plralis ablōtō singlari addit rū  
ut docto doctoꝝ: uiro uiroꝝ: nisi fiat sī  
copa i his q̄ neut̄ n̄ hñt: ut uirū p uiroꝝ<sup>Deū</sup> pro deoꝝ: diuū pro diuoꝝ: numuꝝ<sup>pro numoꝝ: iugerū p iugeroꝝ.</sup> Dicitur  
tam & hoc iuger̄ ris. fit tamē etiā in his  
quæ habet neutra: sed raro: ut sociū pro  
socioꝝ & rutulū pro rutuloꝝ. Iniquum  
pro iniquoꝝ: paruū pro paruorum. Fre  
quentius tam fit i his quæ numeros ul  
mensuras significat: ut senū pedum p

senorū. In pronominibus uero ēt apud  
antiquos inuenis: ut meum: tuū nostrū  
pro meor̄: tuor̄: nostrō.

D̄tūs & abltūs pl̄ralis mutāt.o.abltī sigu  
laris ī is: ut viro uiris: platano platanis:  
tēpla tēplis. Notāt̄ pauca īæqualia: hoc  
uas uasis; hæc uasa soꝝ: his & ab his ua  
sis. Et nōia festoꝝ: ut hæc uulcanalia ho  
rū uulcanalioꝝ: uel uulcanaliū: his & ab  
his uulcanalibus Siꝝr saturnalia floralia  
compitalia & sīlia his. Necnon a domo  
haꝝ domoꝝ & domuū: his & ab his do  
mibꝫ. Sūt ēt qdā defectia: ut huius tabi:  
huic & ab hoc tabo . Maria: æra : uina:  
mella.ordea gtōs & dtōs plurales raro  
hñt ī usu: Duo præfa & abo duox & am  
boꝝ. In neutro duū duobꝫ & abobꝫ dua  
bꝫ & ababus . Duo ēt pæctō duos poſt  
A ctūs pluralis addit.s.abltō singulari: ut  
hos dños: has platanos: neutra ſēp accu  
fatiuū ſimilē hñt ntō & vtō: ut hæc tem  
pla. Actō hæc templæ. Vtō o templæ.  
DE DATIVO ET ALIIS CASI  
bus Tertiæ declinationis.

**T**ertiæ declinatiois dtūs a gtō fit  
abiecta.s.& pducta.i.ut hoc sce  
ma huius tis huic ti: mare huius  
ris huic ri. In græcis tñ corripitur .i.ut  
palladi.

Actūs mutat is gtī ī em:ut huius solis hūc  
solē flamīs flammē Excipiūt ī is desinē  
tia quæ gtī habēt ntō simile. Sūt autēz  
hæc plerūq; græca ul' ppria: ut tiberis ti  
berī:uel tibris tibrī: fabaris fabarī:arās  
ararī. Nā arar per apocopē. Lucanus p-  
tulit.& greca similiter neapolis neapolī  
charybdis charybdī. Alpes q;uis plurali  
ter tñ declinef: sicut syrtes inueniā tam  
actūs singlariis uarius illius ī em:ut hāc  
alpem huius alpin:im ut hāc syrtī. Lati  
na ēt similē hæc turrī:securī:pupim:si  
tim restī:uim maguderī:buri peluī tus  
sī. Ex his tñ ēt qdā ī em faciūt actūz:ut  
pupē:securē. Cetera oīa:ut dixiūs ī em  
desinūt:ut hūc p̄em leporē : Auctores  
tñ tā ī hac q; i alis decliatōnibus actūm  
græcu plerūq; suāt:ut lampada:titana:  
syrena.

A pad atiquos inuenist: hec lapada lapadæ  
V ocatiuus similis est ntō: ut pater o paf:  
I n græcis aliqn græcus seruaf uocatiuus  
ut Tibris o tibri: pallas o pallia: ut supra  
diximus thebais thebai.

A bltū in neutrīs in.e.desinētibz: ut hoc  
monile & ī adiectiuis & gentilibus faciē  
tibus neutrū in.e.per.i.. pfertur: ut ab  
hoc monili: ab hoc utili: ab hoc rauena-  
ti. Excipiunt ab hoc gausape & propria  
ut reate: præneste. Notaf ēt ab hoc rete  
& ab hoc natale. Gentilia ēt plerunque: ut  
ab hoc Arpinate. Similif omnia neutra  
in al: ut animal:ceruical : Ab hoc aīali  
ceruicali. In ar item neutra penultimaz  
per obliquos producētia: ut hoc calcar:  
lucar:a calcari.lucari. Et quod terminat ac-  
cusatiuū tñmō in im: ut uim tiberi:tī-  
grim & reliqua eiusmōi a ui:tiberi:tigri  
Nam quod actūm ī em & ī im terminat:ea  
tā in.i.quod in.e.faciunt abltū: ut pupez  
uel pupim. A pupe uel pupi:turrem uel  
turrim:turre uel turri. Nomina quoque  
mensium in.i.tm:ut septēber:october:

a septembri octobri. Imber etiam imbrī  
Quītilis sextilis a q̄ntili sextili.

P er.e.uero &.i. indifferenter profertur  
idem casus scilicet abltūs tertiae declina-  
tionis in omnibus trium generum cō-  
bus:ut hic & hæc & hoc par. Ablatō ab  
hoc & ab hac & ab hoc pare uel pari:ue-  
tus ueteri: Audax audace ul'  
andaci,inops inope uel inopi: demens  
demente uel dementi. Concors concor-  
de uel concordi. Vigil quoq̄ & pugil &  
artifex in.e.& in.i.faciunt. memō autē  
memori magis. Cōtra uero sospes & ho-  
spes:sospite & hospite.

A pd' antiquos hec retis huius ſtis: hæc re-  
tia huius ſtiae:hæc gausapes & hæc gau-  
sapas: Pluralia quoque hæc gausapa gau-  
saporum: quasi a nominatio gausapuz  
hic & hæc Arpinatis & hoc arpinate &  
similia. Communia quoque in er si non  
exeunt ēt in is per.e.solam proferūt:ut  
hic & hæc & hoc papauer a paupere.de

gener a degener:uber ab ubere. Com  
paratia In or p.e.&.i.ut hic & hæc ma  
ior re uel maiori:minor minore uel mi  
nori. Similiter quæ i uis uſ gnis uſ gnis  
desinunt:ut ciuſ ciue uel ciui: auis aue  
uel aui: Vnguis unge uel ungui: Ignis  
igne uel igni:uel in etis. Vectis uecte l  
uecti. Et fere omnia ante is duas conso  
nantes habentia in eadeſ syllaba: ut ne  
ptis nepte uel nepti: Pestis peste uel pe  
